

Senonché, è stolta cosa stacciar le opinioni de' pagani dinanzi ad un cardinale della Chiesa, quasi la fede cristiana non ci insegnasse quel che dobbiamo pensare intorno alla morte.

Gli basta pertanto d'aver messo in chiaro che la ragione, non la paura, lo spinse a partire.

Passa poi a descrivere un viaggio fatto nella Romagna;

una visita a Lodovico degli Alidosi;

e le gentilezze dei nipoti del cardinale,

i quali, tornato che egli fu a Bologna, l'invitarono a prender parte alla loro villeggiatura in Romagna.

admittere, ita et indecorum videtur vano errore seductum, mortem, cum quis honeste possit, non vitare. verum egone satis sanus sum, qui apud religiosissimum virum et christiane fidei cardinem philosophorum gentilium cribrare<sup>(a)</sup> sententias audeam, quasi non habeat fides nostra quid de morte sentiendum sit, aut unde possit controversiam hanc dissolvere? sed ista, ut res incidit, dicta a me sunt; illa vero que ad fidem pertinent audire magis quam dicere paratus sum. tanta igitur de propositi mei ratione, ut intelligas me neque desiderio vite neque mortis metu consilium hoc amplecti, sed iudicio tantum. Bononia itaque ob eam causam discedens, in Romandiola abii, videndorumque et locorum et hominum studio ductus, quos ibi benivolos<sup>(b)</sup> habeo plurimos, ut casu<sup>(c)</sup> et in studiis benivolentie comparantur, complures civitates et loca circuivi. pre ceteris autem magne michi voluptati fuit Ludovicum de Alidosiis, Imole principem<sup>(1)</sup>, convenire, qui me diu videre desideraverat. longus apud eum fuit sermo de litteris variaque de studiis disputatio; nam et preter aliorum principum morem studiis litterarum indulget. inde Bononiam, unde abieram, redii, eo proposito ut huc me protinus conferrem. dignum est hoc loco ut commemorem nepotum tuorum<sup>(2)</sup> humanitatem eorumque propensam in me benvolentiam. cum enim et ipsi<sup>(d)</sup> quoque et fugiende pestis et colligendi animi gratia ad quedam loca Romanodiola, que tue iurisdictioni subsunt, profisci vellent, magna diligentia a me contenderunt ut secum irem, quod esset regio illa salubris ac honestis exercitiis apta tam corporis quam animi; ubi liceat aucupari, si velis, venationi pescationique, si malis, intendere, nec

(a) Codd. certare. *Il Sabbadini corr. in cribrare*

(c) *P* ut a *casu*

(b) *B P* quos ubi benevolos

(d) *P Ra* enim ipsi

(1) Cf. l'epist. LXXXI.

(2) Oltrechè Giovanni di Nicolo Migliorati «in minoribus constitutus, li «centiatus in iure civili», di cui fu detto sopra, aveva nipoti Innocenzo VII: Lodovico, rettore di Todi ed autore della strage di S. Spirito (cf. l'epist. CVIII, p. 284 nota 1); Antonio, rettore di Narni, Terni, Rieti, e di Amelia; e Gen-

tile, rettore di Todi nel luglio e nell'agosto del 1406 (cf. P. BRAND, *Innocenzo VII e il delitto di Lodovico Migliorati* in *Studi e Docum. di Storia e di Diritto*, XXI, 1900, p. 179 sgg.). Alla data del presente Lodovico avrà avuto circa ventitre anni (cf. THEODOR. A NIEM, *De Schismate, Norimbergae*, 1532, lib. II, cap. 36).